



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

VIII. Illos qui Sarracenis subsidia impendunt, excommunicatos esse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

ANNO  
CHRISTI  
1324.

JOANNES P. XX. TOLETANVM. LUDOVICVS BAVARVS IMP.  
ALPHONSVS XI. R. CASTELLÆ. II<sup>7</sup>

consilio proprii confessoris duxerint abstinentum.

VIII.

Quamvis contra illos qui cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel eis aliqua rerum subsidia seu consilia per se vel alios quocumque ingenio, quamdiu inter nos & ipsos guerra durauerit, impendenda duxerint, sint a Canone excommunicationis \* sententia promulgata. Quidam tamen Christiani peruerso verba dicti Canonis intelligentes, & quærentes in eis folia & non fructus, non verentur tempore dictæ guerræ ipsis Sarracenis ad terram eorumdem Christianorum venientibus vel mittentibus victualia vendere, & alia rerum subsidia impendere, credentes ex quo non vadunt, nec mittunt ad dictos Sarracenos, a sententia ipsius Canonis excusari. Nos vero peruersum intellectum & crudelitatem eorum penitus reprobantes, declaramus & volumus ipsos qui prædicta faciunt vel committunt, incurrere sententiam Canonis supradicti, quem Canonem simul cum hac nostra constitutione specialiter in cathedralibus & parochialibus ecclesiis eisdem Sarracenis vicinis frequenter præcipimus publicari.

CIRCA  
ANNVM  
CHRISTI  
1327.

CONCILIVM AVENIONENSE,  
CONTRA NICOLAVM V. ANTIPAPAM  
eiusque errorem celebratum tempore  
Ioannis papæ XX.

NOTA.

\* *Concilium.*] Nicolaus V. Petrus Corbariensis antea nominatus, ordinis Minorum, contra Ioannem XX. (quem Ludouicus IV. accrime oderat) studio & opera eiusdem Ludouici antipapa creatus

P iii